

Ex reſcrip-
tionibus
P. Claudij
nihil habe-
ri, quod
vigeat.

22 Iam quod ex reſcriptionibus R. P. Generalis Claudij adducitur, omni eſt robore deſtitutum. Et inprimis diſcurſus Patris Quintanad. netiquam admittendus, dum ait Breue illud, de quo agit R. P. Claudius, & ſe mittere teſtatur, ad Peruuium non perueniſſe, ſed id, quod ex eodem eſt poſitum num. 14. contigiſſe. Non enim fuiſſe expeditas Litteras ex verbis R. P. Generalis ibidem adductis manifeſte reſellitur: Sicut ex Breui, quod nunc mittimus, conſtabit. Fuit ergo Breue, ac propterea Litteræ expeditæ. Per quod etiam manifeſte conuincitur, quod de conſeſſione per viam vocis oraculum affirmatur. Id autem quod additur de conſeſſione & expeditione Litterarum, cum tamen promulgata non ſint, & tantum R. P. Generali viam voce ſignificata conſeſſio, verbis eiſdem improbandum. Cum enim dicat ſe Breue mittere, erga illius expeditionem dubitatio eſſe non poteſt, & ita non ſola eſt voce à Pontifice ſignificata conſeſſio; neque Epistoſta ad P. Ioannem Sebaſtianum miſſa id vel leuiter inſinuat: vt mirum ſit citatum Auctorem in illâ indiciam, quo exiſtimationem firmaret ſuam, quam & certum reputat, inueniſſe.

Eſſugium
aliud ex
deperditio
Breui in
nauigatione
precluſum.

23 Si dicas intercidiffe Breue inter nauigationum pericula. Bene id quidem ſtare poſſet, ſi litteræ ſimul miſſæ non perueniſſent. Quin etiam quod admonitus R. P. Generalis de illius amiffione; exemplar aliud annis ſequentibus declinaſſet: aut ſaltem de certâ illius amiffione teſtimonio reddito, quid eſſet in eâ cauſâ faciendum Præſertim ſolertiſſimus prouidiſſet. Si quis tamen cogitet Breue iam traditum, & iam iam mittendum, ob rationes aliquas repetitum, & ſuppreſſum, irrefragabili inſtantiâ reſellendas. Nam idipſum ſcripſiſſet R. P. Generalis, & quod de miſſione ſcripſerit, reformariſſet: & præterea in Epistoſta ad P. Ioannem Sebaſtianum affirmat ille à Pontifice obtentam prorogationem; ea autem poſt annu ferè elapſum ſcripta eſt à reſponſione alia ad Congregationis poſtulata, in qua ſe Breue mittere, vt vidimus, aſſertur: quantum ſcilicet ſpatij eſt inter 25. Martij Ann. 1614. & 5. Februarij Ann. 1615. Non ergo fuerat Breue repetitum, & ſuppreſſum.

Miſſum
Breue, &
ad Indias
perueniſſe
monſtratur

24 Iuxta hæc ergo videtur neceſſario dicendum Breue dictum ad Peruuium perueniſſe, & eſſe illud, quod duo perpetua priuilegia continet, de quibus num. 17. licet nonnulla alia temporalia eiſdem miſceantur. Quod ex eo oſtenditur: nam illud per idemet tempus expeditum, quo de prorogatione priuilegiorum agebatur, & quo R. P. Generalis ſcripſit ſe mitti, Anno videlicet 1614. & receptum in Peruuium ſimul cum prædictis reſcriptionibus teſtatur P. Ioannes Perez Menacho Diſputar. 4. de Priuilegijs, Dub. 8. eodem tempore ſcribens, licet exiſtimans Breue aliud remittendum pro generali prorogatione: vnde ait: *Himos recibido el Breue de los vnos, y no de los otros.* Cum ergo R. P. Generalis dicat ſe Breue prorogationis mittere, & non aliud mittat prædictum, ad illud eſt, quod de obtentâ prorogatione ſemel & iterum pronuntiat, referendum. Cum præſertim de alio non miſſo, & de ratione cur non mittatur, nullum verbum addat; addendum ſanè, ſi extaret Bre-

ue illud, vt ſuperius arguebamus.

25 Contra hoc tamen Primò videntur verba eiſdem R. P. Generalis aperte militare, dum ait curatum à ſe vt omnia priuilegia, quæ à Prædeceſſoribus Pauli V. fuerant conceſſa, ſine reſtriſtione vllâ prorogarentur, & ita obtentum, vt ex Breui conſtare poterat, quod mittebat. Omnia ergo, & non duo illa tantum ſine limitationibus prorogata. Sed hoc facile dilui poteſt; non enim ait à ſe obtentam omnium prorogationem, ſed quatenus ex Breui conſtare poterat: Vt ex Breui, quod nunc mittimus conſtabit, & quidem quia circa illa ſpecialis difficultas eſſe poterat, & quæ præcipue in Indijs deſiderabantur; & idè etiam ſunt ſingulariter poſtulata, omnium prorogationem ſe obtinuiſſe aſſertit, quia aliorum prorogatio ex Bullâ 1610. iam habebatur. Nec duo tantum ſunt, vt dicitur, ſed plura vt ibidem videri poteſt.

Obieſtio 1.
contra re-
ſolutionem
Elija.

26 Argui etiam ſecundò poteſt ex eo quod Bullâ citatâ Data poſteriore eſt reſcriptione R. P. Generalis: ſcribit enim ille die 25. Martij, cum tamen Bullâ die 16. Maij eiſdem anni fuerit expedita. Quomodo ergo dicere potuit: *Vt ex Breui, quod nunc mittimus conſtabit,* cum illud poſt tot dies fuerit expeditum? Sed & hoc poteſt non incongruè cum veritate componi, ſi dicamus prorogationem obtentam à R. P. Generali quando ita ſcribebat, ſed non acceptam Breue: quia tamen accipiendum certò ſciebat, potuit ita anticipatè ſcribere, & Breuis expeditionem per dies illos intercurrentes expectare: vt enim antè non fuerit expeditum cauſa aliqua obſtare, de quibus non conſtat, potuerunt. Potuit ergo R. P. Generalis ſcribere, & eius litteræ non ſtatim transmitti, ſed poſt Breuis receptionem. Sic enim accidere non raro ſolet: reſponderetur enim vbi primùm vacat, & ſcripta expectatis opportunitatibus tranſmittuntur: præſertim cum Congregationum poſtularis reſponſiones adhibentur, quæ Procuratoribus Prouinciarum tradi ſolent. In occaſione autem prædictâ Procurator ex Peruuij miſſus inter nauigandum interijt, vnde poſtulatorum reſponſiones potuerunt aliquantulum retardari. Fuit autem Procurator Pater Chriſtophorus de Ouando, vir fortunâ digniſſimus meliore. Sed vnde cumque mors iuſto acceſſerit, bona eſt; quod apud D. Auguſtinum me legiſſe recordor.

Obieſtio 2.
conuulſa.

27 Ex dictis ergo planè conuincitur pro perpetuitate priuilegiorum nullum firmum ex reſcriptionibus R. P. Generalis haberi præſidium, quandoquidem tota aduerſantium vis ad Breue illud, de quo ille teſtatur, reuocatur: atqui ex illo non omnium, ſed aliquorum perpetuitas habetur: ergo corruiſt quidquid in eo eſſe poterat firmamenti: cum ex ipſo voluntas Pontificis ſatis habeatur perſpecta, ad quam, vt diximus, tota eſt huius negotij ſubſtantia referenda.

Probatio
concluſi-
ua.

28 Nec tertium, quod aſſerebatur; alicuius poteſt eſſe momenti, quod ſcilicet prorogatio, de qua certum R. P. Generalis teſtimonium extat, debeat latè interpretari. Cum enim quod ad prorogationem ſpectat, iuxta tenorem Breuis, ad quem ſe refert, intelligendum aſſertat verbis illis: *Vt ex Breui, quod nunc mittimus, conſtabit:*

Tertij ar-
gumentum
dilatatio.

Solutio
Quarti.

Vnum pri-
uilegium
vt expli-
candum
per aliud.

Vltimum
nullum eſſe
momenti.

Aſſertio 3.
Oppoſitum
non videri
probabile.

abit: & in Breui quid circa perpetuitatem habeatur, ſit adeo manifeſtum; interpretationi dictæ locus nullus eſſe poteſt.

29 Neque quantum plus vrget, ex quibusdam enim cum perpetuitate conceſſis, contrarium potius videtur deducendum: quia exceptio firmat regulam in contrarium. Pro perpetuitate autem, in duobus præcipuis eſt ſpecialis ratio, quam adducit Pontifex in Breui eodem; naturalis ſcilicet inclinatio Indorum, & priſtina conſuetudo matrimonia in gradibus prohibitis celebrandi. Poteſt quidem vnum priuilegium per aliud explicari, quando dubia illius intelligentia eſt; vbi autem clara, non debet per contrariam diſpoſitionem ad oppoſitum ſenſum detorqueri, quia in claris non eſt locus coniecturis. 1. *Conuincimus.* s. *Cum ita D. de verbor. obligat.* Vltimum etiam proſus eneruè eſt propter iam dicta. Licet enim verba priuilegij fauorabiliter explicari poſſint, & ad aliquid applicari, quod verborum ſignificatio non videtur præferreſſe tantum habere locum, quando non conſtat de mente conſeſſentis, vt conſtare iam vidimus in præſenti. Vnde

30 Dico ſecundò. Non videtur probabilis aduerſa poſitio. Sic R. P. Generalis, & quamplures viri docti Societatis, qui circa hoc dubitationem nullam inuenerunt, & præſertim Peruuiani, vnde pro impetranda prorogatione efficaciſſe inſiſterunt. Pro eodem P. Quintanad. ſupra num. 8. dum indubitarum affirmat. Quod etiam ex eo extenditur, quia cum pro ſtabiliendâ probabilitate doctum fuiſſet elucubratum ſcriptum, & Roman tranſmiſſum, minimè tale viſum eſt, quod debuerit ad ſecuram præxim approbati, vnde & pro obtinendâ prorogatione poſt expletum illorum terminum, ſpecielem Patres omnes Generales diligentiam præſtiterunt. Quia verò circa hoc obliuioniſ aliquid, aut neſcio quid aliud interuenit, poſt Urbani Octauij progationem expletam vſus aliquorum temporalium priuilegiorum ceſſauit, donec ab Innocentio X. eſt impetrata; & quidem antè expletum tempus, ſed ita proximo illius termino, vt Litteræ opportunè in Indijs non potuerint peruenire. Non ergo probabilis eſt praxis iudicata. Quia verò erunt forte aliqui contrarium ſentientes; ſi docti ſunt, ipſi viderint: ſi indocti, caueant, & ita ad doctiorum conſilium præſtabit accedere: de rebus enim agitur, in quibus magnum eſt momentum collocatum.

C A P V T I V.

Quomodo currat tempus Indicorum priuilegiorum; vt certi prorogationis termini poſſint assignari.

Quinque
Bulle, cir-
ca quas
difficultas
computa-
tionis.

31 Circa quinque Bullas verſatur præſens difficultas, & ex iis, quæ circa illas dicenda, ad ſimiles futuris conſeſſendas temporibus poterit conſonum iudicium efformari. Prima eſt Pauli V. quæ incipit, *Animarum ſaluti.* 11. Februarij. Ann. 1610. cuius illa eſt clauſula: *Præſentibus ad viginti annos à data præſentium inchoandos tantum daturus.* Secunda eiſdem

die 6. Maij, Ann. 1614. in qua ſic dicitur circa facultatem diſpenſandi, quæ Ordinarijs conceſſitur, cum aſſeſſione tamen Patrum Societatis. *Ad viginti tamen annos à data præſentium computandos.* Tertia eſt Urbani Octauij die 15. Septembris. Ann. 1629. cuius finalis clauſula ſic habet: *Præſentibus ad viginti annos ad finem aliorum viginti annorum, ad quos ſimiles gratiæ à ſeſicis recordationis Paulo Papâ V. prædeceſſore noſtro, conceſſæ fuerunt, inchoandos, tantum duraturus.* Quarta eiſdem die 17. Septembris anni eiſdem, in qua ſimiliter loquitur. Quinta Innocentij X. die 1. Martij. Ann. 1649. quæ ſic clauditur: *Præſentibus ad viginti annos à fine aliorum viginti annorum, ad quos ſimiles gratiæ à ſeſ. record. Urbano Papâ Octauo conceſſæ fuerunt, inchoandos, tantum valiturus.* Circa quas Primò dubitari poteſt quomodo ſit dies Data computandus; quæ difficultas communis eſt, ſed breuiter expedienda.

32 Dico primò. Tempus dictum computandum eſt fauorabiliter, & ita taliter, vt dies, à quo terminus ſtatuitur, non computetur in termino. Hoc probatur Primò ex doctrina, quam multi Scriptores probant, & de qua Nos Cap. 2. iuxta quam priuilegia, quæ cedunt in fauorem Religionis & piæ cauſæ, fauorabiliter, amplè, & latè interpretanda ſunt: quod quidem in ordine ad durationem ſpecialiter accipiendum, bene aduertit P. Quintanad. *Tract. 6. Singulari 3. numer. 6.* Atqui computatio prædicta fauorabilis eſt: ergo iuxta eam interpretatio facienda. Deinde probatur ex multorum ſententiâ aſſerentium diem à quo incipit terminus, non computari in termino. Sic tenet Matienſis in *Libr. 5. Recopilat. lege 7. Gloſſa 6. num. 1.* Vbi adducit Didacum Caſtelli, P. Henriquez *Libr. 13. Cap. 18. numer. 6.* & alij Præterea. Quia licet communis reſolutio ſit tempus per legem designatum intelligi de momento ad momentum; multorum tamen ſententiâ eſt id intelligendum quando tempus ſtatuitur ab actu, & non à die actus. Sic Tiraquellus, Scaccia, & Girona, quos adducit & ſequitur Barboſa in *Collectaneis ad Decretales Lib. 2. Tir. 27. Cap. 15. num. 2. & Lib. 4. Tir. 1. Cap. 9. num. 4.* Atqui in noſtro caſu Paulus V. in vtraque Bulla ait *Data præſentium inchoandos, & computandos.* Inchoandos quidem in primâ, computandos in ſecundâ: ergo dies ipſe Data non debet computari.

Aſſertio 1.
Diem Da-
tam non co-
putandum
in termina-
to.

Ex comu-
ni doctrina
oſtenditur.

Quando
currat tem-
pus de mo-
mento ad
momentum.

33 Quia verò dies communiter loquendo iuxta Iuris diſpoſitionem naturalis intelligitur, ſcilicet 24. horarum, primus dies ita computandus eſt vt videri poteſt apud P. Henriquez *ſupra.* Quod tamen mihi in caſu, de quo loquimur, inveroſimile proſus apparet: vt ſcilicet ſi Edictum iubeat denuntiari aliquid intra ſex dies, & publicetur horâ decimâ antemeridianâ, die ſequenti eadem hora dies primus obligationis debeat inchoari. Nam dies publicationis propterea non computatur, quia non eſt integer, vnde exclusus videtur, vt eo exacto, dies obligationis currere cenſeatur. Quod ergo de horâ dicitur, ſine ſufficienti fundamento videtur affirmari: niſi forte alicubi ita ſit vſu receptum, qui debet eſſe pro lege.

Dies an eſſe
debeant
naturales;
vbi in-
tegrus non
ſuit non
ſtatuitur.

34 Solent autem Bullæ priuilegiorum ſerò ad Indijs peruenire, ob ingentem diſtantiam, & nauigationis diſcrimina; vnde alia oritur difficul-

A die ſcien-
tiæ com-
putandum.

tempus
multorum
sententia

tas, an à die Datæ debeant currere, an verò à die scientiæ. Et à die scientiæ tempus privilegij computandum, valde recepta est Doctorum sententia, quæ ex eo colligitur, quòd ex tunc incipiat effectum habere, cum donatio quædam sit, tunc effectum habens, cum acceptatur, vt docent quampures adducti à P. Palao Tomo 1. Tract. 3. Dissert. 4. Puncto 3. s. 2. num. 3. ex quo P. Quintanad. supra num. 3. Pro quo tamen

Affertio 2.
Auguratur illa,
cum non
designatur
tempus
ceptionis.

Dico secundò. Privilegia pro Indiis simpliciter concessa, si limitationem aliquam non habeant in designatione temporis, à quo currere concessio debeat, à die scientiæ debent inchoari. Sic colligitur ex citatis, & videri pro eo potest P. Quintanad. Tomo 1. in Appendice Tract. 2. Singulari 3. Ratio est. Primò, quia recepta sententia ita, vt vidimus, generaliter tenet. Secundò, quia favorabiliter, vt ostendimus, debet fieri interpretatio.

Affertio 3.
Notitiam
non esse
respectu
singulorum
estimanda.

35 Dico tertio. Hæc notitia non debet esse respectu cuiuslibet, ad quem potest privilegij vsus pertinere. Quod ex eo probo: nam si id ita contingeret, magna esset confusio, cum ad singulos valde serò posset notitia peruenire, & ita quidam essent privilegiati, alij privilegio destituti: & ij posset dispensare, & alia magni momenti obire inferiores multò quàm alij, ad quos notitiam prius accidit peruenisse. Deinde. Privilegia sic concessa cum sint pluribus communia, instar legum publicanda sunt; aliàs non erit via conueniens & accommodata, per quam possint ad praxim applicari: atqui necessarium non est legem singulariter intimari, vt omnes Scriptores affirmant: ergo neque privilegium. Cum ergo privilegia ista promulgari in Romanâ Curia non soleant, ad Indicos spectat Prælatos de conuenienti promulgatione prouidere, iuxta id, quod Auctores dicunt adducti à Bonacina Dissert. 1. de legibus Quest. 1. Puncto 4. num. 16.

Instar legum
facienda
publicatio.

Affertio 4.
Cum à die
Datæ
dicatur,
inde computationem
faciendam.

36 Dico quarto. Quando in Bullâ privilegij dicitur, A die Datæ, vel quid simile, ab eo est computatio temporis faciendâ, & non à die notitiæ. Sic de lubilæis loquens P. Quintanad. supra Dub. 3. num. 4. affirmans circa hoc dubium esse non posse. Quod cum ita sit, non est consequens quod ipse tradit Singulari 3. citato. num. 8. vbi ait quòd si ad Indiarum incolas huius prorogationis notitia accederet iam dui transactis primis viginti annis, à quorum fine secundi viginti quinque incipiebant: tunc inchoandos ab anno & die, in quo notitia accessit, nam ignorant non currit tempus. I. Quamdiu. C. Qui admitti ad honorem possent. quod Flamminius, & Caldas Pereira præsertim obseruant. Cum enim in prædictis prorogationibus sic dicatur, Ad viginti annos, à fine aliorum &c. non alia est ratio de illis, quàm de prioribus, ad quas referuntur; & pro inchoatione non dies notitiæ, sed finis aliarum concessionum assignatus. Neque enim alio modo volunt Pontifices currere tempus, neque maiorem fauorem concedere, cum expressè fateantur se priorem Pontificum vestigiis inharere. Vbi & locum habet doctrina, quam citatus Auctor adducit. num. 8. quòd scilicet dictio Similis, & Similiter, qua Pontifices vtuntur, ostendit similitudinem facti & modi, iuxta Socinum, Albericum, & alios. Ego quoad tempus concessionis

Dictiones
Similis &
similiter,
quam habent
viri.

non est diuersitas: quæ sanè, si daretur: esset notabilis; quia à Data vsque ad tempus notitiæ magna possunt spatia interponi: vnde si illa non computantur, notabilis interuenit differentia, & ita similitudo non seruetur quoad factum & modum, neque æqualitas & identitas, quam dilationes illæ significant, iuxta eundem & alios citatos ab ipso. Qui etiam num. 5. iuxta nonnullos, quos citat, tradit quòd prorogatio videtur facta cum clausulis & qualitatibus, quæ inerant termino prorogato: ex quibus vna præcipua est computatio, vt scilicet à die ultimo vnus incipiat alius, pro quo & Nos in superioribus. A fine ergo, & non à notitiâ, annorum numerus computandus.

Modus
computa-
tionis à P.
Quintana
propositus.

37 Iam circa ordinanda tempora dictarum Bullarum, & assignandum in particulari vnus Bullæ finem, & alterius initium, vt deprehendamus quot anni præterierint, quot sint reliqui, vitandus error, qui apud P. Quintanam occurrit citato Singulari 3. n. 6. vbi ait privilegia, quæ ex concessione Gregorij XIII. durarunt vsque ad Annum 1603. extensione Gregorij XIV. annorum scilicet viginti, durasse vsque ad Annum 1623. Prorogatione autem Pauli V. eorum saltem privilegiorum quæ in Bullâ Urbani VIII. iam relata testantis illa concessisse, siue oraculo authentico, siue Litteris expeditis, & non promulgatis, siue ad Indias non prolati, ad alios viginti annos, vsque ad Annum 1643. accesserunt. Et tandem ex vltimâ Urbani extensione ad alios viginti, vsque ad Annum 1663. non expirabunt. Addere poterat per nouam extensionem Innocentij X. vsque ad Annum 1683. privilegia eadem permanens. Nam & Bullam dictæ concessionis ad litteram proponit. Tract. 7. Singulari vltimo. Pergit autem, & nescire se ait an eadem computatio admitenda quoad privilegia, quæ à Gregorio XIII. solum vsque ad Annum 1589. sunt extensa: qualia sunt, quæ reperiuntur in V. Baptismus, Bulla Cane, Compositio, Dispensatio. s. 1. 2. 3. 4. & 7. ac V. Ordines s. 1. Quòd si ea in hac Urbani Bullâ extent, ablati viginti quatuor annis ab Anno 1589. ad 1603. procedentibus, Anno 1642. iam expirarunt. Quòd si tandem computemus hos viginti annos ab expeditione Bullæ Pauli V. quæ iuxta testimonia à R. P. Generali missa, facta videtur Ann. 1614. privilegia quæ extant in Bullâ Urbani VIII. vsque ad Annum 1654. tantum vigent. Sic ille; quæ cum supra incertas suppositiones eadant, & ex minus exactâ Bullarum notitiâ, nequeunt ad certum formandum iudicium deferuire. Quare

Affertio 5.
modum
prædictum
computationis
errantem
expungens.
Et certam
statuens.

38 Dico quinto. Computatio annorum circa præfatas Bullas, iuxta earumdem est concessionis faciendâ. Et in primis in ordine ad illam nulla est habenda ratio concessionis cuiuslibet ante Bullas Pauli V. cum temporis limitatione: nulla enim vltra Annum 1603. progressa est, vt ex Compendio constat. Neque ad illum autem plures extant Gregorij XIII. nulla autem Gregorij XIV. aut alterius ex iis, qui Paulum V. præcesserunt: licet à Gregorio XIV. prorogata privilegia Anno. 1591. die 27. Septembris affirmet P. Quintanad. Singulari 3. num. 1. cuius tamen prorogationis nulla in priuilegiis mentio, nulla

Bullam
Gregorij
XIV. non
curandam.

nulla in Indiis notitia: cuius & Paulus V. meminisset, quandoquidè durabant illa Anno 1610. sicut & alij Pontifices concessionum durantium meminerunt. Sed non neganda illa, quia & eius, vt in Compendio veteri contentæ meminit Fr. Ioannes Baptista in Animaduersionibus pro Confessariis Indorum. fol. 151. Cum ergo concessionibus Pauli V. ab aliorum concessionibus non pendeant, perinde habendæ ac si minimè præcessissent, Bulla ergo Ann. 1610. vsque ad Annum 1630. vim habuit, iuxta Datam & terminum in eadem assignatum. Bulla autem Secunda Anni 1614. vsque ad Annum 1634. Altera autem Bulla nunquam in Indiis visa, minimè curanda est, vt iuxta illam fieri aliqua computatio queat, iis præsertim attentis, quæ à Nobis dicta sunt, à num. 24. neque talis Bulla ab Urbano VIII. visa, si verè extitit, cum omnino suppressa sit, neque illius ipse faciat mentionem, sed aliarum familia privilegia continentium, vnde & ipsarum exordium est idem per verba eadem. Iuxta hæc ergo Bulla Urbani VIII. respondens Bullæ prioris Pauli V. finem habuit Anno 1650. alia autem respondens secundæ, Anno 1654. cumque Innocentius X. concessionem suam à fine concessionum Urbani VIII. per viginti annos inchoandam decernat, similis est computatio faciendâ, vt alia privilegia Anno 1670. alia Anno 1674. terminentur. Hæc clara sunt & expedita: quidquid autem pro computatione à prædicto Auctore additur, minimè est curandam, quia in certis ex defectu notitiæ nititur coniecturis: immò quia etiam multa ex illis nequeunt sustineri. Et hæc sic generaliter dicta sufficiant in præsentibus; agentes enim de priuilegiis in particulari maiorem prædictis lucem adiuiciemus.

Neque
Pauli V.
nescio quæ.

DIGRESSIO.

Circa Breue Innocentij X. nouam formam in Societatis gubernatione statuentis.

Q Via de modo computandi tempus per statuta & leges, atque etiam per privilegia, dudum locuti sumus, & quæ à nobis dicta, pro Constitutione Innocentij X. circa gubernantes in Societate exactè intelligenda deferuire possunt, abs re non fuerit non nihil circa isthæc distineri. Cum ad Indias etiam hoc negotium spectet, & pro illis specialis dispensatio à sanctissimo D. Alexandro VII. concessa inueniatur. Et posset quidem satis prolixa circa hæc disputatio institui, vbi multa, nec leues, quæstiones occurrunt: breuitati tamen, dum aliud ex instituto versamur, duximus consulendum. Constitutio ergo præfata sit habet:

Innocentius Papa X. ad perpetuam rei memoriam.

39 Prospero, felicique statui Societatis Iesu, quæ viuus pietate & doctrinâ insignibus referat, vberes in Vineâ Domini fructus iugiter producit, pro Pastoralis nostræ sollicitudine consulere volentes: audita desuper dilectorum filiorum Presbyterorum, Regularium eiusdem

Societatis ad præsens in Vrbe generaliter, pro faciendâ noui Præpositi Generalis electione congregatorum sententia: motu proprio, & ex certâ scientiâ, & maturâ deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, vt in posterum futuris temporibus Congregatio Generalis in prædictâ Societate singulo quoque nouennio computandâ semper à celebratione vltimæ Congregationis Generalis, haberi & celebrari omnino debeat. Ita quòd illius celebratio nullo modo, nec ex quauis causâ, siue per Præpositum Generalem pro tempore existentem, siue per quamcumque Congregationem particularem vel Generalem impediti, vel vltra nouennium huiusmodi differri, seu prorogari possit. Præterea vt quotiescumque habebitur & celebrabitur Congregatio Generalis huiusmodi, toties noui Assistentes, ab illis planè diuersi, qui præcedenti nouennio Assistentium huiusmodi muneribus functi fuerunt, eligi seu assumi, & deputari: ac demum vt omnes & singuli eiusdem Societatis Prouinciales, Visitatores, Præpositi, Rectores, Superiores locales, & alij Officiales iurisdictionem & Superioritatem habentes, quomodolibet nuncupati, exceptis Magistris Nouitiorum, in eorum respectiue muneribus, Superioritatibus, Ministeriis, Administrationibus, & Officiis prædictis, quomodocumque nuncupatis, per triennium tantum durare debeant, eoque elapso triennio, eo ipso vacent, & vacare censeantur, ipsique ad alia quauis eiusdem Societatis munera, Superioritates, Ministeria, Administrationes, & Officia prædicta quomodolibet nuncupata, etiam Vice-provincialis, seu Vice-præpositi, vel Vice-rectoris, nullatenus eligi seu assumi, vel deputari valeant, nisi per annum cum dimidio saltem à fine dicti triennij computandum, à prædictis muneribus, Superioritatibus, Ministeriis, Administrationibus, & Officiis prædictis cessauerint, renore præsentium statuumus, mandamus, præcipimus, & ordinamus; decernentes præmissa omnia & singula in perpetuum inuolabiliter sub excommunicatione lata sententiæ, ac suspensionis à diuinis, priuationis vocis actiue & passiuæ, ac officiorum quorundamlibet, inhabilitatiue ad illa, & alia quauis in posterum obtinenda, pœnis ipso facto absque aliâ declaratione, tam per mandantes, procurantes eligentes, & deputantes, quàm recipientes, & exequentes, irremissibiliter incurrendis, obseruari debere: neque aduersus illa seu eorum aliquod, præsentemque nostram Constitutionem, per Præpositum Generalem pro tempore existentem, aut quamcumque Congregationem, etiam Generalem, vel quemlibet alium Superiorem & Officalem dictæ Societatis, aut Nostros, & pro tempore existentes, Romani Pontificis Sedi que Apostolicæ Nuncios, vel S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & quosuis alios quacumque potestate fungentes, vnquam dispensari, disponi, vel derogari posse; & quamcumque dispensationem, dispositionem, & derogationem, aduersus eadem præmissa, seu eorum aliquod præsentemque Constitutionem per prædictos, seu ipsorum aliquem, pro tempore quomodolibet factam, siue concessam, nullam prorsus, ac nulliter, & subreptitiè, obreptitiueque